

- (1) Ave, regina sapientia,
Dominus te salvet
cum tua sorore sancta pura simplicitate.
- (2) Domina sancta paupertas,
Dominus te salvet
cum tua sorore sancta humilitate.
- (3) Domina sancta caritas;
Dominus te salvet
cum tua sorore sancta obedientia.
- (4) Sanctissimae virtutes,
omnes vos salvet Dominus,
a quo venitis et proceditis.
- (5) Nullus homo est penitus in toto mundo
qui unam ex vobis possit habere,
nisi prius moriatur.
- (6) Qui unam habet et alias non offendit,
omnes habet.
- (7) Et qui unam offendit,
nullam habet et omnes offendit.
- (8) Et unaquaque confundit
vitia et peccata.
- (9) Sancta sapientia confundit
satan et omnes malitias eius.
- (10) Pura sancta simplicitas confundit
omnem sapientiam huius mundi
et sapientiam corporis.
- (11) Sancta paupertas confundit
cupiditatem et avaritiam et curas
huius saeculi.
- (12) Sancta humilitas confundit
superbiam et omnes homines, qui sunt in
mundo, similiter et omnia, quae in mundo sunt.
- (13) Sancta caritas confundit
omnes diabolicas et carnales
tentationes et omnes carnales timores.

(7). cf. Jc 2, 10. (10). cf. 1 Co 2, 6.

- (1) Salut, reine sagesse,
que le Seigneur te sauve
avec ta sœur sainte pure simplicité.
- (2) Dame sainte pauvreté,
que le Seigneur te sauve
avec ta sœur sainte humilité.
- (3) Dame sainte charité,
que le Seigneur te sauve
avec ta sœur sainte obéissance.
- (4) Très saintes vertus,
que le Seigneur vous sauve toutes, lui de
qui vous venez et procédez.
- (5) Il n'est absolument aucun homme en ce monde
qui puisse avoir l'une d'entre vous,
si d'abord il ne meurt.
- (6) Qui en a une et n'offense pas les autres
les a toutes.
- (7) Et qui en offense une
n'en a aucune et les offense toutes.
- (8) Et chacune confond
les vices et les péchés.
- (9) Sainte sagesse confond
Satan et toutes ses malices.
- (10) Pure sainte simplicité confond
toute la sagesse de ce monde
et la sagesse du corps.
- (11) Sainte pauvreté confond
la cupidité et l'avarice et les
soucis de ce siècle.
- (12) Sainte humilité confond
l'orgueil et tous les hommes qui sont dans le monde,
de même que tout ce qui est dans le monde.
- (13) Sainte charité confond
toutes les tentations diaboliques et charnelles et
toutes les craintes charnelles.